

**D. DIONYSII // A RICKEL CARTHVSIANI, // de perfecto
mundi contemptu, // ut pius ita utilissimus heptalo- // gus**

Dionysius <der Kartäuser>

Coloniae, Nov. 1530

De enormitate peccati ex parte sanctitatis atque iusticiæ mentis diuinæ.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55472](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-55472)

DIONYSIVS CART.

ri pollutum duxerit, & spiritui gratiae contumeliam fecerit? Præterea post coenam illam sanctissimam nouissimam Christus passioni iam proximus, in ipsa nocte qua tradebatur inter caeci dixit apostolis, Si non venissem, & locutus esset issem, peccatum non haberent. Quoniam ergo

Iohan. 15, Christus dominus rex Messias iam venit, atque in propria persona loquutus est patribus nostris & nobis per ipsos, enitamur ei in omnibus ob-

dire: alioquin peccata nostra erunt vehementer enormia. Heu quare negligimus, cur inertis corpore deprimimur, cur vitiorum sopore tabescimus? Ista mihi amantissime profunde consideramus. Gilanter perpende, iugiter intuere, & superexaltati illius, vniuersorum dominatoris offensam abhorre, in honorationem deuita, mandata cu-

Ezai. 6. stodi. Ipse est enim cui, teste scriptura, exercitus licum reuerentiali timore afflxit, cuius ira non resistere potest, sub quo curvantur qui portant orbem, ad cuius nutum columnæ cœli contrescant, & paudent. Ecce enim cœlum & cœli corrum, abyssus vniuersaque terra, et omnia quae eis sunt, in conspectu dei commouebuntur, & men insensatum cor hominis non formidat: eius offensam non meruit, qui nullum peccatum relinquit inultum, ac pro uno mortali peccato æternum infligit tormentum.

De enormitate peccati ex parte sanctitatis atque iusticiæ mentis diuinæ.

Art. VII.



Onstat, omni mente bene disposita peccati labem tanto amplius dispere: quanto fuerit ipsa sanctior et gisque iusta. Quoniam ergo mes-

T.
contum
am sanct
iam pro
ter cat
utus eis
iam erg
nit, arg
ous nolt
ibus ob
hement
inertio
e tabeo
nsidera
uperexa
offensan
ndata c
ercitus
us ira
qui pord
i contres
cœli co
nia qua
ntur, &
midat:
peccan
li pecc
ancitu
e dispol
lius dis
nctior
gomés

DE ENORMITATE PECCATI. F. 36.

tuina, summa ac adoranda est puritatis, æquitas, & sanctitatis, & sanctitatis penitus infinitæ, imo puritas superessentialis immensa, sanctitas idealis in se subsistens incircumscripta, æquitas ex exemplaris fontana: certum quod ipsa peccati deformitatem, impuritatem & maculam infinito detestetur ordinatque abominatu ac odio, prout Moses loquitur: Auersatur dominus omnem impietatem. Hinc igitur sortitur peccatum tortuosissimum atque grauissimam enormitatem: quod est contra diuinæ mentis supermundissimam sanctitatem, & interminabilem eius iusticiam. Ipse quoque peccator qui id amat, eligit, agit, amplectitur, continet quod deus usque adeo odit, reprobat, ac repellit: infinitam quodammodo deformitatem, displicentiamque dei immensam incurrit. Denique quo deus est sanctior, ac iustior: eo peccati turpitude atque deformitas est dissimilior. Est autem deus (ut dictum est) sanctitatis atque iusticæ perfectione aliter illimitata. Idcirco peccatum mortale infinitam dissimilitudinem habet a puritate sanctitatis, & reæquitatis dei altissimi. Hinc quoque in infinitum elongata a deo: quia ut nono de ciuitate dei fert Augustinus: Nulla est a deo alia longinquitas, quam eius dissimilitudo. Quumque dissimilitudo caussa sit displicentiae auersio-
nis ac odij: peccatum mortale æternam ac infinitam meretur displicentiam, auersionem & odium dei. Ideo æternam meretur damnationem. Vnde in infinitum dicitur grauius ueniali peccato. Præterea quod fuerit aliqd alicui magis naturale, placet atque conueniens: eo illius oppositum est illi magis contrarium, discouniens ac displices. Sanctitas autem deo

DIONYSIUS. CART

deo gloriose ac summo intantum est naturalis: ipse est substancialiter sanctus, non per aliquid additamentum; ita ut idem omnino sit illi esse, & sanctum esse: in tantum ut eius sanctitas eius sit essentia. Et eius essentia est sanctitas supermaxima, simplicissima, simpliciterque perfecta omnis virtutis ac puritatis, primordialis, finalis & honorabilissima ratio. Sanctitas quoque deo conuenientissima, & maxime placita. In natura sanctimoniam requirit ac diligit, & sanctitate digne iugiterque intentos sibi familiares, timos atque charissimos efficit. Elucescit ergo peccati impuritas sit deo in infinitum contraria, disconueniens, & displicens. Ideo cantat Pianista, Mane astabo tibi & videbo: quoniam deus volens iniquitatem tu es: neque habitabit te malignus, neque permanebunt iniusti in oculos tuos. Simile argumentum est de peccato mortali ex consideratione diuinæ iustitiae profusa immensa est, omnique rectitudinis viae infallibilis regula, inflexibilisque mensura.

Psal. 10.

Apocal. 15.

nam iustus dominus & iusticias dilexit: et quod uidet uultus eius, de quo legitur, Magna mirabilia sunt opera tua domine deus omnipotens, iusta & veræ sunt omnes viæ tuæ rex in eternum. Quis non timebit te & magnificabit te amplius crescimus: eo creatori, salvatori, & in ci nostro similiores & chariores efficiemur. Quod autem vitis plus foedamur ac vincimur: tanto similiores ei, odibilioresque inuenimur: qui ad eum venit per incarnationis mysterium in hunc modum, ut seruiamus ei in sanctitate & iustitia eam ipso omnibus diebus nostris. Qui etiam efficiemus

Luc. 1.

T
DE ENORMITATE PECCA. Fo. 81

effabili charitate, atque piissima dignatione ad suæ sanctitatis imitationem nos inuitat, dicendo: Nolite contaminare animas vestras. Ego. n. Lcxit. 12.
sum sanctus dominus deus vester. Sancti estote,
Quoniam ego sanctus sum. Ecce mi prædilecte, si ista profunde, frequenter, stabiliterq; ppteris:
puto quod utique peccati foeditatem, immundi-
ciam, enormitatem odies, ac vitabis. Ad confes-
sionem quoque sacramentalē (in qua secundum
scripturas omnia lauantur) frequentius festina-
bis: insuper in præsentia supersanctissimi Dei &
coram oculis suæ immensæ iusticæ iustius, san-
ctius, atque syncerius conuersari conaberis.

De enormitate peccati ex consideratione
charitatis diuinæ, qua deus præuenit, præ-
dilexitque nos.

Art VIII.

Brætere quo quis alium in dilectio-
ne liberalius copiosiusque præuenit:
rit: eo decetius ac iustius est eum cor-
dialiter redamare: & eo peruerlius
quoque eum non redamare: peruer-
lissimum vero est etiam eum odire,
abijcere, spernere, seque ab ipso proflus auertere:
præsertim si constet dilecto a diligente ita se dili-
gi. Itaq; vt iniquitatum nostrarum abominan-
das ac maledictas malicias efficacius atq; syn-
cerius cognoscamus: diligentissime contem-
pletur quantum & qualiter deus noster dulcis &
rectus præuenit nos in amore: nec tñ in amo-
re, sed in amore liberalissimo, mere gratuito, pu-
rissimo, æterno, dignissimo. Et quidem in primis
hoc certum est, q nullus amator creatus tñope-
re nos dilexit aut diligit, etiam nec parentes, vt
M deus